

sterio¹⁷ Vitelli¹⁸ Germ(anici) | imp(eratoris), promag(istro) L. Maecio Postumo, coll(egi) frat(rum) Arval(ium) nomine immo(lavit)⁴ in Capitolio | Iovi b(ovem) m(arem), Iun(oni) vacc(am), Min(ervae) vacc(am), Iovi vict(orii) b(ovem) m(arem), Saluti vacc(am), Felicitat(i) vacc(am), Gen(io) p(opuli) R(omani) taurum, in | foro Aug(usti) Marti ulti(tori) taur(um), Gen(io) ips(ius) taurum. In coll(egio) adf(uerunt) L. Maecius Postumus.

Romae rep. extra portam Portuensem in vinea Ceccarelli, ubi fuit lucus fratrum Arvalium, fragmentum tabulae (VI 2051 = Henzen act. Arv. p. XCII; non totam exscrispsi). — 1) Occisis Galba et Vinio consulibus die Ian. 45 a. 69, Otho et frater Titianus in locum eorum successerunt (Tac. hist. 4, 77). Titianus iam fuerat consul ordinarius a. 52. — 2) Cum in hunc annum magister fratrum Arvalium factus esset Galba, in locum eius successit Otho, ut in huius postea Vitellius. Otho iam antea videtur magistri munere functus esse, unde infra plerunque (v. 59. 64. 68) ad magisterii eius mentionem additur numerus II. — 3) Frater Othonis, collega eius in consularu. — 4) Immolavit promagister, cuius nomen supplendum ex superioribus, ut passim. — 5) Nota pro salute Othonis d. 50 Ian. vota nuncupata esse non in eundem diem anni proximi sed in diem 5 Ian., propterea quod hic dies sollemniss erat votis pro salute principis nuncupandis. Votorum horum commendandorum causa, ut legitur in aclis a. 81 in enarratione votorum nuncupatorum pro salute Domitianus post mortem Titi (VI 2060 v. 59), etiam immolabatur. — 6) Nomen erasum est L. Vitellii, fratri A. Vitellii imperatoris, ut appareat potissimum ex vestigiis relictis v. 67. — 7) Notandum imperatorem occisum nominari, sed tamquam privatum. — 8) De comitiis tribuniciae potestatis imperatoris cf. supra N. 229 v. 21 et p. 64 not. 7. — 9) Cf. Tac. hist. 4, 77. — 10) Laurus posita in Capitolio propter victoriam de Sarmatis, de qua Tac. h. 4, 79. — 11) 12) De comitiis sacerdotiorum imperatoris, item de comitiis pontificatus maximi cf. Mo. Staatsr. II p. 4044. 4055. — 13) Pridie idus Martias, quo die Othonem ab urbe profectum esse narrat Tac. h. 4, 90, pro huius sine dubio salute et reditu vota nuncupata sunt ab Arvalibus; sed devicto Ohone, cum nondum acta huius diei perscripta essent, pro Othonis nomine, Vitellii positum; id ipsum postea erasum. De nomine Germanici Vitellio indito cf. Tac. h. 4, 62. 2, 64. — 14) Hic substitutus esse videtur in locum Othonis Titiani promagistri, fratrem in bellum comitati (Tac. hist. 2, 53) (cf. Henzen act. Arv. p. V not. 1). — 15) Hic quoque positum Vitellii nomen loco Othonis. — 16) Hoc die senatus Vitellium imperatorem videtur agnoscisse (Tac. h. 2, 55, cf. Henzen act. Arv. p. 64; Mo. Staatsr. II p. 815 not. 2). — 17) Cf. not. 2. — 18) Nomen abrasum, sed partes litterarum superiores servatae.

242 A. Vitellius L. f. | imperator, | cos. perp.¹

Romae, aliquoties descripta saec. XVI (VI 929). — 1) cos. p. p. unum ea apographis. Cf. Suet. c. 41: Vitellius comitia in decem annos ordinavit seque perpetuum consulem.

243

[a] Turre XLIII
[im]p. A. Vitellius c[os. perp.]¹

In Sardinia, prope vicum Torralba, lapis miliarius viae quae Turri Calarim ducebat (X 8016 descr. Lamarmora). — 1) Suppletum ex N. 242 (male edidit ipse Lamarmora imp. A. Vitellius Caes.).